

Slotowo villa conventus Strelnensis, episcopo Wladislawiensi pro triginta marcis obligatur.

In nomine Domini amen. Noveritis universi presentium notitiam habituri, quod nos frater Johannes prepositus ordinis Premonstratensis, totiusque conventus fratrum ac seronum domus Strelnensis presentibus publice profitemur recepisse à venerabili patre domino diocesano nostro Gervardo misericordie divinae Wladislawiensi ecclesie episcopo triginta marcas Thorunensium denariorum integre liter et complete, quas presentibus exolvere promittimus in dictis denariis vel in grossis, videlicet triginta sex grossos pro marca qualibet computatos domino memorato, in quibus etiam sibi et ecclesie sue, hereditatem domus nostre predictae Slothowo nuncupatam vulgariter, situatam super lacu Goplo vulgariter dicto, nomine pignoris obligavimus sub conditionibus prius in nostris literis patentibus plenius contentis. In cuius rei testimonium presentes literas nostras sigillorum characteribus fecimus communiri. Actum et datum apud Brest in vigilia sancti Martini episcopi et confessoris, sub anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo.

